



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 129. Consultatio Synodi adversus Turcarum progressus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

*minensem pro Gallica, & Theodoricum de Sæcul. XV.
Niem pro Germanica, Episcopum vero Sa- A.C.1415.
risberiensem pro Anglica, sub nomine & si-
gillo Synodi expediri, expectationibus, seu
gratiis expectativis, ut vocant, aliisque
exorbitantiis duntaxat exceptis. Tandem
sex nominabantur Oratores, in Italiam
mittendi, ut cum Gregorio ejusque Car-
dinalibus unionis Ecclesiæ negotium per-
ficerent, in qua Legatione Principales Ar-
chiepiscopus Mediolanensis, & Ragusinus
erant. Postea Sessio sequens ad vigesi-
mam tertiam Septembris diem indicta est.*

§. CXXIX.

Consultatio Synodi adversus Turcarum progressus.

Toto intermedio tempore in diversis *Niem apud*
negotiis pertractandis occupabantur Vander
Patres. Postero die Bertrandus Vache- Hardt te.2.
rius Carmelita & Theologiae Professor p. 416.
Montispessulanus Orationem habuit de
necessitate reformandi Ecclesiam. Inter-
rim cum Turcæ Sigismundi absentiam in
rem suam verterent, atque Hungariam
atrociter devastarent, demum etiam Dal-
matiam & Sclavoniam invadentes, omnia
ferro, flammaque delerent, immo eodem
crudelitatis impetu ad ipsas etiam Comi-
tis Cilleiensis, qui Sigismundi sacer erat,
ditiones, necnon ad Aquilejenium, &

K 4 Salis-

Sæcul. XV. Salisburgensium confinia infestis armis
 A.C. 1475. penetrarent, ubi plusquam triginta millia
 Christianorum in servitutem abstracta, o-
 mnesque Ecclesiæ spoliatæ fuerunt, Sy-
 nodus Provinciarum, quæ Cæsari pare-
 bant, saluti consulere studuit. Quare da-
 tis ad Regem Poloniæ literis pro suble-
 vanda Hungarorum calamitate ejus opem
 implorabat, misso etiam Episcopo Asten-
 fi, ut Hungariæ Proceres ad fervandam
 Regi suo absenti fidelitatem adhortaretur.

§. CXXX.

*Libellus Gersonii in caussa Joannis
 Parvi Synodo oblatus.*

Gerson. to. 5. Postea examen propositionum Joannis
 p. 380. Parvi denuo suscepimus est. Equi-
 dem Gersonius vigesima die mensis Au-
 gusti libellum porrexit, in quo nomine
 Imperatoris, Regis Galliæ, & Universita-
 tis Parisiensis, novem illarum propositio-
 num damnationem vehementer urgebat.
 Eodem die alii quatuor Doctores in ean-
 dem rem alterum exhibuerunt Libellum.
 Nihilominus caussam hanc amicabili com-
 positione terminandam esse sperabatur,
 partim quia ipsa Academia hoc negotium
 segnissus urgebat, imo rumor erat, eam
 disertis verbis declarasse, quod Joannem
 Parvum Propositionum delatarum aucto-
 rem fuisse haud crederet, nec etiam Gerso-
 nianas